



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. XVII. Ad tit. De corpore vitiatis ordinandis vel non. Ad capitul. 1. & 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

*Non Augu-  
stinus.*

Augustinus, quasi de Aurelio Augustino, Episcopo Hipponeensi sermo sit. Perperam. Sunt enim hæc Augustino antiquiora, ut rectè Antonius Augustinus, ad tempora Constantii post concilium Sardicense pertinentia. Pro Augustensis, Gratianus habet, Astiagensis, secutus Burchardum atque Ivonem. Rectè, uti habet & liber conciliorum. Sententiam hujus capituli confirmat can. 33. Fulgentii Ferrandi; Ut Clerici, apothecarii, vel ratiocinatores non ordinentur. Nempe propter præscriptionem fori, ne causam cogantur dicere coram judge seculari. In primis si in administratione commisissent fraudem, unde futurum, ut Ecclesia infamaretur. Quæ ratio redditur in textu hic. Et perperam antea legebatur: Ecclesia infirmatur, vel ab Ecclesiâ infirmentur.

*Sed Astia-  
gensis.*

*Causa pro-  
hibitionis.*

*Emendatio  
sextus.*

## C A P. XVII.

### Ad tit. De corpore vitiatis ordinandis vel non.

Ad capitul. I. & 2.

S U M M A R I A.

- |  |                             |
|--|-----------------------------|
| 1. Inscriptio suppletur.                             | 4. Ad quem directum.        |
| 2. Salernum urbs, qua corpus S.<br>Matthæi servatur. | 5. Emendatur lectio.        |
| 3. Capit. 2. b. t. est itidem Ale-<br>xandri.        | 6. Ant. Augustinus notatur. |

*Inscriptio  
suppletur.  
Salernum,  
urbs, qua  
corpus S.  
Matthæi  
servatur.*

**C**apitulum primum est Alexandri III. Ad quem directum fuerit non additur. Supplendum itaque est ex eâ collectione, quæ est post concilium Lateranense parte 26. c. 4. s. 6. nempe, Salernitano Archiepiscopo. Salernum, urbs maritima regni Neapolitani, & Academia vetus, gaudetque titulo Principatus. Ibi & corpus S. Matthæi apostoli assertari creditur. Additur in primâ compilatione: Pars cap. Licet pr. Id est; Licet præter solitum, ut constat ex c. 3. x. de Judic. &c. 7. de homicidio, uti habetur in d. parte 26. post concilium Lateranense.

Cap.

Capitulum II. est ejusdem Alexandri, ut docet compilatio. I. Capitulum  
Sed ad quem? Cistrensi electo, eadem compilatio. Lege; Ci- 2.b.t. est iti-  
cestrensi. Errat enim Ant. Augustinus, cui hæc lectio displicet, *dem Alex.*  
& tanquam singulare notat, ordinem Cisterciensium Monacho- *Ad quem*  
rum, ordinem Cistrensem appellari. Unde suspicatur, hunc directum.  
non Episcopum electum, sed Cistrensem Abbatem fuisse. Vo- Emendatur,  
cem enim, Cistrensi, non ordinem respicere, sed locum, nec de lectio.  
monasterio loqui, sed Ecclesiæ & textus & sensus volunt. Dc. Ant. Angu-  
Ecclesiis agi Anglicanis, quæ Archiepiscopo Cantuariensi sub- sinus nota-  
sint, verba produnt singulis vestris, habet textus: Nempe in Eccle- tur.  
siis Anglicanis, de quibus præcessit. Quo magis hæc compare-  
ant, ecce capitulum integrius ex compilatione primâ: Cum de tuâ  
& aliorum electione, quæ sunt in quibusdam Ecclesiis Anglicanis e-  
lecti in præsentia nostrâ & fratribus nostrorum quæstio mota fuisset,  
& singulis vestris quedam objicerentur, tibi objectum est, quod in o-  
culo maculam habebas, & quod fueris Canonici filius: Attendentes  
itaq; prudentiam & honestatem tuam, & volentes te nostræ gratiæ &  
dilectionis prærogativâ gaudere, venerabili f.n. R. Cantua. Archiepi-  
scopo A.S.L. (fratri nostro R. Cantuariensi Archiepiscopo Apostoli-  
cæ sedis Legato) dedimus in mandato, ut pro eo, quod Canonici filius  
diceris, in promotione tuâ ex multâ dispensatione procedere non post-  
ponat. De macula vero, quam in oculo habere diceris, hoc prædi-  
cto Archiepiscopo mandamus, ut consilio suffraganeorum suorum &  
præsertim venerabilium fratrum nostrorum Exon. & Wigor.  
Episcoporum, quod exinde sibi visum fuerit, exsequantur. Et re-  
liqua...

## C A P. XVIII.

Ad capp. 3. 4. 5. &amp; ult. de corpore vitiatis.

## S U M M A R I A.

- |                                    |   |
|------------------------------------|---|
| 1. Capit. 3. ad quem scriptum sit, | 4. Leontius ob commercium ju-<br>dubitur.                             |
| 2. Varmium, Varadinum,             | 5. Origenis ordinatio cur à Deme-<br>3. De his quibus virilia ademta. |

D 3

6. Vi